

Viola scotophylla A. Sord. pugillus plantarum
novarum etc. (1852) pag. 16!

Hanc quam olim dubitante animo proposui
nunc pro verissimâ specie a *V. albâ* Koch syn. certe
diversâ agnosco. Haec ultimar, quae in iisdem
locis saepe inveniuntur et pariter flore albo vel
passim violaceo occurrunt, à *V. scotophylla*, praeter
colorem pallidissimum foliorum, distinguuntur
calcare in utraque varietate semper albinimo
nec colorato, capsula albido-virente nec viola-
câ magis globoso-depressâ, ~~foliis~~ stipulis la-
tearibus brevius acuminatis breviusque hispidis, fo-
liis aestivalibus magis grosse et laxè crenatis
minus oblongis basi ciliatis sinu magis a-
perto cordatis lobis bascos minus rotundatis,
pubescentiâ tenuiore et breviori.
